& iugerum: tertium ex equitibus: quartum ex opificibus ſordidis, quibus nullum magiſtratus aſſequendi ius erat. Fuerunt etiam legum poſitores Zaleucus apud Locros occidentales, & Charondas Catanienſis ciuibus ſuis, cæteriſque ciuitatibus Chalcidicis, quę ſunt circa Italiam & Siciliam. Tentant verò quidam inducere quaſi Onomacritus fuerit primus legum ferendarum peritus. hunc verò exercitatum in Creta, cùm eſſet Locrus, profectum autem per artem diuinationis, ei familiarem fuiſſe Thaletem. Thaletis autem auditores fuiſſe Lycurgum & Zaleucum: Zaleuci autem Charondam. ſed qui iſta dicunt, tempora non ſupputant. Fuit etiam Philolaus Corinthius legumlator Thebanis. Erat autem Philolaus ex familia Bacchiadum, amicus verò Dioclis, qui in olympiis vicit. ſed vbi ille ciuitatem deſeruit, commotus ob amorem matris Alcyones, Thebas migrauit, atque ibi ambo defuncti ſunt, monſtrantúrque etiam nunc illorum ſepulchra, quæ ab inuicem facilè ſpectant. verùm ita conſtituta vt ex Dioclis quidem ſepulchro nō ſit proſpectus in Corinthium agrum ob animi infectionem: ex Philolai autem ſit proſpectus. Habitarunt igitur ob huiuſmodi cauſam apud Thebanos, legéſque illis Philolaus deſcripſit, & de aliis quibuſdam, & de ſobole procreanda quas illi leges proletarias appellant. Et hoc eſt præcipuè ab illo prouiſum, vt numerus hæreditatum conſeruetur. Charondæ autem nihil eſt proprium, niſi iudicia falſorum teſtium. Primus enim de his legem poſuit: diligentia autem & claritate etiam elegantior quàm hi qui nunc ſunt legum conditores. Philolai proprium eſt patrimoniorum diſparitas: Platonis autem mulierum & natorum & patrimoniorum communitas, & comeſſationes fœminarum, & præterea lex circa ebrietatem, vt reges conuiuiorum ſobrij ſint. & in rebus bellicis exercitatio, per quam ambidextri fiant: cùm oporteat non alteram manum vtilem, alteram inutilem habere. Draconis quoque leges ſunt. ſed iam conſtituta republica leges tulit. Proprium autem Draconis eſt nihil quod ſit memoria dignum, niſi rigiditas ob magnitudinem pœnarum. Fuit quoque Pittacus legum

χαρώνδου ἴδιοι νόμοι.

A καὶ ζευγιτῶν, καὶ τρίτου τέλος τῆς καλουμένης ἱππάδος· τὸ δὲ τέταρτον, θητικόν, οἷς οὐδεμιᾶς ἀρχῆς μετῆν. νομοθέται δ' ἐγένοντο Ζάλευκός τε Λοκροῖς τοῖς ἐπιζεφυρίοις, καὶ Χαρώνδας ὁ Καταναῖος τοῖς αὑτοῦ πολίταις, καὶ ταῖς ἄλλαις ταῖς Χαλκιδικαῖς πόλεσι, ταῖς περὶ Ἰταλίαν καὶ Σικελίαν. πειρῶνται δέ τινες καὶ συνάγειν ὡς Ὀνομακρίτου μὲν B γενομένου πρώτου δεινοῦ περὶ νομοθεσίαν, γυμνασθῆναι δ' αὐτὸν ἐν Κρήτῃ Λοκρὸν ὄντα, καὶ ἐπιδημοῦντα κατὰ τέχνην μαντικήν. τούτου δὲ γενέσθαι Θάλητα ἑταῖρον. Θάλητος δ' ἀκροατὴν Λυκοῦργον, καὶ Ζάλευκον· Ζαλεύκου δέ, Χαρώνδαν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν λέγουσιν ἀσκεπτότερον τῷ χρόνῳ λέγοντες. ἐγένετο δὲ καὶ Φιλόλαος ὁ Κορίνθιος νομοθέτης Θηβαίοις. ἦν δ' ὁ Φιλόλαος, τὸ μὲν γένος, τῶν C Βακχιαδῶν· ἐραστὴς δὲ γενόμενος Διοκλέους τοῦ νικήσαντος ὀλυμπιάσιν, ὡς ἐκεῖνος τὴν πόλιν ἔλιπε, διαμισήσας τὸν ἔρωτα τὸν τῆς μητρὸς Ἀλκυόνης, ἀπῆλθεν εἰς Θήβας· κἀκεῖ τὸν βίον ἐτελεύτησαν ἀμφότεροι· καὶ νῦν ἔτι δεικνύουσι τοὺς τάφους αὐτῶν, ἀλλήλοις μὲν εὐσυνόπτους ὄντας· πρὸς δὲ τὴν τῶν Κορινθίων χώραν, τοῦ μὲν συνόπτου, τοῦ δ' οὐ συνόπτου. μυθολογοῦσι γὰρ αὐτοὺς οὕτω τάξασθαι D τὴν ταφήν· τὸν μὲν Διοκλέα, διὰ τὴν ἀπέχθειαν τοῦ πάθους, ὅπως μὴ ἄποπτος ἔσται ἡ Κορινθία ἀπὸ τοῦ χώματος· τὸν δὲ Φιλόλαον, ὅπως ἄποπτος. ᾤκησαν μὲν οὖν διὰ τὴν τοιαύτην αἰτίαν παρὰ τοῖς Θηβαίοις· νομοθέτης δ' αὐτοῖς ἐγένετο Φιλόλαος περί τ' ἄλλων τινῶν, καὶ περὶ τῆς παιδοποιίας· οὓς καλοῦσιν ἐκεῖνοι νόμους θετικούς. E καὶ τοῦτ' ἐστιν ἰδίως ὑπ' ἐκείνου νενομοθετημένον, ὅπως ὁ ἀριθμὸς σώζηται τῶν κλήρων. Χαρώνδου δ' ἴδιον μὲν οὐδέν ἐστι, πλὴν αἱ δίκαι τῶν ψευδομαρτύρων· πρῶτος γὰρ ἐποίησε τὴν ἐπίσκεψιν· τῇ δ' ἀκριβείᾳ τῶν νόμων ἐστὶ γλαφυρώτερος καὶ τῶν νῦν νομοθετῶν. Φιλολάου δ' ἴδιον ἡ τῶν οὐσιῶν ἀνωμάλωσις. Πλάτωνος δ' ἥ τε τῶν γυναικῶν, καὶ παίδων, καὶ τῆς οὐσίας F κοινότης, καὶ τὰ συσσίτια τῶν γυναικῶν. ἔτι δ' ὁ περὶ τὴν μέθην νόμος, τὸ τοὺς νήφοντας συμποσιαρχεῖν. καὶ τὴν ἐν τοῖς πολεμικοῖς ἄσκησιν, ὅπως ἀμφιδέξιοι γένωνται κατὰ τὴν μελέτην, ὡς δέον μὴ τὴν μὲν χρήσιμον εἶναι τοῖν χεροῖν, τὴν δὲ ἄχρηστον. Δράκοντος δὲ νόμοι μὲν εἰσί, πολιτείᾳ δ' ὑπαρχούσῃ τοὺς νόμους ἔθηκεν. ἴδιον δ' ἐν τοῖς νόμοις οὐδέν ἐστιν ὅ, τι καὶ μνείας ἄξιον, πλὴν ἡ χαλεπότης, διὰ τὸ τῆς ζημίας μέγεθος. ἐγένετο δὲ καὶ

Πιττακὸς